

## Aduertencias para

necessitate, quæ caret lege.

¶ His suppositis dico, quod Fratres Mendicantes Indiani possunt omnia Sacramenta Infidelibus & nouiter conuersis administrare. Hęc cõclusio probatur. 1. per priuilegia & indulta Apostolica concessa à Gregorio. 9. Innocentio. 4. Nicolao. 4. Innocentio. 8. quæ indulta confirmarunt postea, & denouo concesserunt Leo. 10. Adrian. 6. quorum Bullæ authenticè afferuantur in Monasteriis Sancti Domini, Sancti Augustini, & Sancti Francisci de Mexico. Et Paulus. 3. omnia illa priuilegia confirmauit, ac de nouo concessit, vt patet supra, verbo, Altaria priuilegiata. nu. 5.

¶ Secundo, probatur per priuilegiũ Clemẽ. 7. expeditũ Bononiæ sub anulo piscatoris die. 8. Martij, anni Domini. 1533. Pontificatus sui, anno. 10. in quo Papa plurimum in Domino commendat pium Fratrum Prædicatorum & Minorum desiderium, & gratũ quod exhibet altissimo famulatum circa prædicationem verbi Dei, & Infidelium conuersionem ac eorum studium in animarum salutem, & fidei augmentum, quapropter vt tam pio operi liberius, & efficacius intendere possint & salus animarum per amplius eorum cura,  
et præ